

Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 130

Haec carta indicat atque conservat quod dedit Uuorcomin .VIII. partem virgade Piron Sancto Salvatori in Rotonno monasterio et suis monachis, quam antea dederat ei Iarncoglin in domo filioli, ita dedit supradictus Uuorcomin supradictam terram ad supradictos monachos ut faciant exinde quicquid voluerit, iure proprietario, liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem. Factum est hoc in plebe Prispiriac, in loco nuncupante Taellac, kalend. maii, .VI. feria, in presentibus: Uuorcomin, presbyter, qui dedit, testis; Atore, testis; Riscum, presbyter, testis; Loiesoc, testis; Iarndetuuid, testis; Catuur, testis; Haeldetuud, testis.